nos coeptae explanationis sequamur ordinem.
quod circumdederit ephraim regia tribus
& domus israhel populus qui tribui regiae
seruiebat. & circumdederunt eum in nego
tiatione siue mendacio. dum dm̄ negant
& idola confitentur. Iudas autem hoc est
duae tribus quae habebant templum. le
gem. proph&as. & seruabant praecepta
legalia. erant testes gradientes que cum dō
& cum scīs fidelis. Scōs possumus dicere
uel angelos. uel patriarchas. ac proph&as.
& ceteros qui di imperio seruiebant.
ad comparationem enim illius temporis.
quo haec dicebantur aberrante penitus ephra
im. & decepto in idolorum cultu israhel.
solus iudas remanserat. qui in di testimoni
is uersaretur. & possit descendere cum eis.
siue fortis esse cum forte. rad enim. & des
censionem & fortitudinem significat.
pro quo aquila transtulit. ΕΠΙΚΡΑΤΙΚΩΝ.
iuxta ΑΝΑΓΩΓΗΝ. Circumdant heretici
dn̄m in mendacio. immo in negotiatione.
Quicquid enim locuntur negant immo men
dacium est. & circumdat eum in dolo. siue
in impietate domus israhel. dum uniuersa
quae simulant artifici sermone componunt.
& impietatem locuntur contra dm̄. Iudas
autem. hoc est uir ecclesiasticus. non super
bit. non inflatur tumore heretico. sed hu
miliatur cum dō. & cum scōrum choro
fidelis est & robustus dum aedificat domum
suam supra p&ram. quae nulla tempestate
quatiatur. LXX multo aliter transtulerunt
quod & ephraim. & domus israhel. & iudas.
circumdederint dm̄ in mendacio. & impie
te. & tantae clementiae sit ds̄. ut non eis absci
dat spem salutis. sed cognoscat illos. & para
tus sit uocare populum scm̄ & populum dī.
qui nunc impietate peruersus est. Iuxta
tropologiam quoque uelle dn̄m & hereticos
saluari. & ecclesiasticos peccatores. & om
nes suo uocabulo nuncupari; qui autem
uere scs̄ est. non circumdat dm̄ in mendacio.
sed in ueritate. psalmista dicente. potens es
dn̄e & ueritas tua in circuitu tuo.
Ephraim pasc& uentum & sequitur aestum
tota die mendacium & uastitatem multiplicat.
& foedus cum assyriis iniuit. & oleum in
aegyptum ferebat. LXX. Ephraim
autem pessimus sp̄s persecutus est aestum
tota die uana & inania multiplicauit. &
testamentum cum assyriis pepigit. & oleū
in aegypto mercabatur.
Sacra narrat historia. manaen regem
israhel pace facta cum assyr. ab aegyptiis
auxilium postulass&. & pascere& uentos.
id est spe uana se decipere. sequi que ΚΑΥΣΩΝΑ.
hoc est aestum. & ire ad meridiem. nihilq;
aliud agere tota die nisi sibi inludere. &
dum huc illucque discurrat. uastitatem &
euersionem suis urbibus preparare. At non
est uastitas atque mendacium pepigisse

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0108